Commentationis, qua noua parabolae Iesu Christi de oeconomo improbo (Luc. XVI, 1–15.) interpretatio tentatur, sectio qvinta eaqve vltima.

L. Bertholdt.

DIES

MEMORIAE

IESV CHRISTI

VITAE RESTITVTI

SACROS

PIE CELEBRANDOS

AVCTORITATE

SENATVS ACADEMICI

INDICIT

D. LEONHARD BERTHOLDT

THEOLOGIAE PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS, TEMPLI ACADEMICI ANTISTES ET SEMINARII HOMILETICI DIRECTOR.

Commentationis, qua noua parabolae Iesu Christi de oeconomo improbo (Luc. XVI, 1 — 15.) interpretatio tentatur,

SECTIO QVINTA EAQVE VLTIMA.

ERLANGAE

EX OFFICINA HILPERTIANA

cIↃ IↃ CCC XIX.

V. 10. ὁ πιστος εν ελαχιστω, και εν πολλω πιστος εστι *qui in administrandis rebus multo minoris momenti fidum se gessit, etiam in dispensandis magni momenti rebus fidem praestat.* Πιστος, aram. מְהֵימַן, hebr. נֶאֱמָן, *is, qui in perfungendo munere sibi injuncto vel in administrandis rebus ipsi commissis fidem praestat:* Dan. VI, 5.: *aulici Danielem munere ejecturi nullam criminis in administratione regni ab eo admissi speciem in eo invenire potuerunt,* כָּל־קֳבֵל דִּי מְהֵימַן הוּא Theod. ὅτι πιστος ην. Textus receptus exhibet: εν ελαχιστω, Superlatiuum, qui, quod bene norunt graece docti, interdum locum Comparatiui [1]) vel Positiui [2]) obtinet, neque tamen simpliciter, sed eum in modum, vt vim

1) *Fr. Vigeri de praecipuis graecae dictionis Idiotismis liber. Edit. II. Herrmann.* Lips. 1813. p. 718.

2) *Griechische Grammatik vorzüglich des homerischen Dialects, von Fr. Thiersch.* Edit. II. Lips. 1818. p. 426 sq.

sibi propriam retineat ideoque, quamuis ei Positiuus annexus sit, comparationem ad aliud quid exprimat. Vis igitur Superlatiui tali modo adhibiti in eo est, vt aliquid aut superius aut inferius in ea re, de qua sermo est, quam in illa, quae huic opposita est, per eum designetur. Quam ob causam ελαχιστον significat *res multo minoris momenti* (weit geringfügigere Sachen). Iesus Christus, qui hanc parabolam discipulis suis aramaice proposuit, sine dubitatione vsus est vel vocabulo בִּקְלִילָא vel vocabulo בִּזְעֵירָא. Nam Aramaei Superlatiuum, praeter alias rationes, quas adamant, per statum emphaticum exprimere solent [3]. Ad hunc igitur modum vetus interpres syrus Matth. V, 19. ελαχιστος εν τη βασιλεια των ουρανων expressit per ܒܨܝܪܐ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ [4]. Monendum tamen est, nonnullas antiquas versiones exhibere lectionem εν ολιγω, de qua lectione paulo post iterum obuia suo loco disseram. Iesus Christus sub voce ελαχιστον intellectas voluit opes terrestres, quas cum opibus coelestibus a praeconibus Evangelii olim administrandis et dispensandis collatas censet esse mo-

3) *Gu. Gesenii Ausführliches Lehrgebäude der hebraeischen Sprache*, p. 692.

4) Cf. etiam Pesch. ad Matth. V, 45. XII, 20.

menti multo minoris, immo quam maxime exiguas et leues. Ita jam *Euthymius Zigabenus*: λεγει δε ελαχιστον μεν τον γηινον πλουτον, πολυν δε, τον ουρανιον. Est πολυ autem *magnum*, *praecipuum*, *eximium*: Matth. V, 12.: ὁ μισθος ὑμων πολυς εν τοις ουρανοις. Hebraei רַב etiam pro גָּדוֹל ponere solent Psalm. XXXI, 20. CXLV, 7, quamuis illud plerumque iisdem sit *multus*. In vtraque autem dialecto aramaica hoc adjectiuum notionem multitudinis exuit, non nisi altera significatione vsurpatum, e. gr. פִּתְגָם רַב *res praecipua vel grauis* Ex. XVIII, 22. Onk. מִזְּעֵירָא וְעַד רַבָּא, *a minimo vsque ad maximum* Gen. XIX., 11. Onk. מִלָּא זְעֵירָא כְּרַבָּא *res maxima minima*. Deut. I, 17. Onk. בְּרַבָּא שָׁרִי וּבִזְעֵירָא שֵׁצִי, *a maximo incepit et in minimo desiit* Gen. XLIV, 12. Onk.

Και ὁ εν ελαχιστω αδικος, και εν πολλω αδικος εστιν *et qui in rebus multo minoris momenti administrandis fidum se non praebet, etiam in rebus magni momenti dispensandis fidem haud praestat.* Pro ελαχιστω Cdd. D. I. 69. 118. exhibent ολιγω, quam lectionem etiam haud paucae versiones antiquae nonnullaeque earum non modo hoc loco, sed etiam superiore exprimunt [5]).

5) V. *Griesbachii Nouum Testamentum graecum*, Edit. II, ad h. l.

Superioribus temporibus longe plures Codices graecos, qui hanc lectionem exhibuerint, circumlatos fuisse, e scholio Codd. Matthaei a. d. g. adpicto adparet. In hoc nimirum et illa et haec lectio explicatur: εςι δε το ελαχιςον, ὁ αδικος μαμωνας, ὁ επιγειος πλετος, ὁ εξ ἁρπαγης και πλεονεξιας συναγομενος. Το ευ εν ολιγῳ τινα γινεσθαι πιςον, τετο εςι, το τοις εν εσχατη ταλαιπωρια την απο τε πλετε διανεμειν επικεριαν [6]). Redolet tamen haec lectio meram emendationem librariorum graece doctorum, qui relationem ad Positiuum εν πολλῳ ad regulas Grammatices et Rhetorices rite compositam desiderantes ελαχιςῳ textui temere reformato intrusere. — Αδικος i. q. απιςος *is, qui in perfungendo munere sibi demandato vel in dispensandis opibus ipsi creditis fidem fallit.* Quam ob causam dispensator perfidus supra οικονομος της αδικιας i. e. αδικος nominatus est. Caeterum, quae in hoc versu continentur, prouerbii instar tunc temporis vulgari vsu triti fuisse, demonstrauit *Schottius de Adagiis Noui Testamenti*, p. 81.

V. 11. ει ουν εν τῳ αδικῳ μαμωνᾳ πιςοι ουκ εγενεσθε. Si haec verba, quod plerumque fit, ita vertuntur:

6) V. *Matthaei Evangelium secundum Lucam graece et latine.* Rigae 1786. 8. p. 341.

quodsi vero in administrandis opibus male partis fidem non praestatis, nulla huius parabolae interpretatio idonea cogitari potest. Quod interpretes de restituendis bonis male partis vel iisdem in vsus pios conuertendis disseruerunt, prorsus nil attinet; nam nexus horum verborum Iesu cum parabola de oeconomo perfido ab illo enarrata nullo modo dirimendus et discindendus ad longe alia spectat ac tendit. Oeconomus eam ob causam nominatur οικονομος της αδικιας, quia opes hero furtim ablatas in eum vsum conuerteret, vt sibi amicos ac nutritores compararet. Igitur πιστον ειναι εν τω αδικω μαμωνα vim haberet: opes male partas in hunc eundem vel ei similem haud meliorem modum conuertere. Quae cum ita se habeant, Iesus Christus discipulis suis non solum praecepisset, vt opes male sibi conquirerent, sed etiam suasisset, vt iisdem male vterentur. Quod statueer perinde absurdum ac impium esset.

Alii vertunt: *quodsi vero in administrandis opibus vanis, caducis, facile perituris* (i. e. opibus terrestribus) *fidem non praestatis.* Prouocant hi interpretes ad vocem αληθινον, quae in altera huius versus parte subsequitur et τω αδικω μαμωνα opposita est. Αληθινα sc. αγαθα autem illi non dubitant, quin sint *opes certae, firmae* (opes coelestes ad animum pertinentes), *nun-*

quam periturae, *quibus perpetuo frui liceat.* Per το αληθινον tales opes innui posse, non puto esse, qui negare velit. At vero formula αδικος μαμωνας haud explicanda erit, ex eo, quod subsequitur, séd ex eo, quod praecedit. Nimirum ὁ αδικος μαμωνας nil aliud esse potest, quam ὁ μαμωνας της αδικιας v. 9. Id necessario statuendum est, nisi putare velis, Iesu Christi orationem parum sibi constantem ab vna re ad alteram aberrasse. In annotatione ad versum 9. autem abunde demonstraui, τον μαμωνα της αδικιας non esse posse opes fallaces vel caducas, sed male partas. In explicandis his verbis ει ουν εν τω αδικω μαμωνα πιστοι ουκ εγενεσθε alia ratio est tentanda, atque facillime in eam possemus incidere, vt post εν τω αδικω μαμωνα suppleamus οντες: *quodsi in opibus male parandis versantes perfidi fuistis.* Tum πιστοι ουκ εγενεσθε positum esset pro απιστοι εγενεσθε, et formula εν τω αδικω μαμωνα ειναι, ad analogiam aliarum formularum hebraizantium et aramaizantium, ex gr. εν ταις ἁμαρτιαις ειναι, εν τω φωτι ειναι, εν τη διακονια ειναι rell., formata ac composita, significaret: *in opibus male conquirendis versari, bonis male parandis operam dare.* Quamuis autem haec interpretatio, quae viris doctis proponatur et commendetur, digna mihi videatur, nihilominus tamen placet, aliam interpretandi rationem

sequi. Id nimirum ab interprete satis cauto et adcurato omitti et negligi haud debet, h. l. exstare εν τω αδικω μαμωνα, quum supra v. 9. legatur μαμωνας της αδικιας. Huic textus varietati si quis, tanquam fortuito ortae, parum tribuere velit, aduersus illum certis quidem et firmis argumentis certare non possum; mihi tamen inde illa videtur orta, quod Lucas in Archetypo aramaice exarato vel eo, e quo omne suum Evangelium hausit, vel eo, e quo parabolas Iesu Christi a reliquis Evangelistis praetermissas desumsit [7]), h. l. verba alio modo expressa et in alium ordinem disposita inuenerit, quam in vers. 9., quodque ea eandem ob causam aliter graece fecerit. Conjecturis indulgeam, necesse est; sed monstretur mihi aliquis literarum sacrarum gnarus velim, qui, neglecta omni conjecturarum et criticarum et philologicarum ope, omnes scripturae sacrae locos vel vexatissimos interpretari velit audeatue.

Fac archetypum aramaicum ita fuisse conformatum: דִי הֵן בִשְׁקַר בְמָמוֹנָא לֵיתְכוֹן מְהֵימְנִין inde versio Lucae: ει ουν εν τω αδικω μαμωνα πιστοι ουκ εγενεσθε facile

7) cf. m. *Historisch-kritische Einleitung in sämmtliche kanonische und apocryphische Schriften des alten und neuen Testaments*, T. III. p. 1290.

exoriri potuit. Junxit ille בְּשִׁקַר sequenti בְּמָמוֹנָא, quod etiam, haud repugnantibus regulis Grammatices, facere potuit, quia בְּ praefixum in Aramaeismo aeque ac in Hebraismo 8) ante nomen substantiuum posterius e priori interdum repeti solet. Ideo Lucas בְּשִׁקַר בְּמָמוֹנָא idem ac בְּשִׁקַר מָמוֹנָא atque hocce per inuersionem idem ac בְּמָמוֹנָא דְשִׁקַר esse censuit. Opinione sua autem lapsus est; nam בְּשִׁקַר aduerbialiter positum erat, vti Jerem. XXIII, 14. Jonath., pro לְשִׁקַר *fraudulenter* Leuit. XIX, 12. Onk.; quam ob causam ita vertere debuisset: *ει ϑν αδικως εν Ιω μαμωνα πιϛοι ϑκ εγενεσϑε quodsi autem in administrandis opibus terrestribus fraudulenter fidem non praestabatis, wenn ihr aber als Betrüger in der Verwaltung irdischer Güter keine Treue bewieset.*

Adhuc alia autem via patet ad enodandum hunc locum maximis difficultatibus implicitum et impeditum. Fac scilicet, verba aramaica, quae Lucas graece expressit, ita fuisse comparata et composita: שַׁקַּרְתּוּן בְּמָמוֹנָא בְּשִׁקְרָא דִיהֵן. Verbum שַׁקַר, si cum בְּ rei construitur, habet significationem: *perfidum esse*

8) cf. II. Sam. XVIII, 12. VII, 5. 8. et *Storrii Obseruationes ad Analogiam et Syntaxin linguae hebraicae pertinentes*, p. 361. not.

in aliqua re (Psalm. XLIV, 18. LXXXIX, 34. Targ.), et in hoc, quem conjecturando posui, textu Lucae originario, ex Orientalismo satis noto cum suo infinitiuo (בְּשַׁקָּרָא Infinit. Conj. Pael cum בְּ praef.) junctum erat. Hic infinitiuus quidem בְּ praefixum ante se habet, sed inter omnes viros linguarum orientalium peritos constat, Aramaeos, aeque ac Hebraeos [9]), Infinitiuos tempori finito junctos בְּ praefixo adaugere solere, e. gr. Malach. III, 9. בְּלוּטָא אַתּוּן מִתְלַטְּטִין Ionath. Quae cum ita se habeant, Lucas Evangelista ita vertere debuisset: *ει ουν αδικουντες ηδικειτε εν τω μαμωνα wenn ihr nun aber mit irdischen Gütern untreu umgienget.* Plerumque quidem Infinitiuus, nulla interposita voce, tempori finito addi solet, exstant tamen et exempla, vbi, ordine vocum disperso vel disjecto, voces intermediae inveniuntur [10]). Omnino igitur fieri potuit, vt Lucas vocem בשקרא (puncta vocalia tum temporis nondum vsu recepta erant) ad nomen שִׁקְרָא referret atque illam sequenti מָמוֹנָא hoc sensu annecteret: *ὁ αδικος μαμωνας.* To מָמוֹנָא שִׁקְרָא minime diuersum esse a *τω* מָמוֹנָא דִשְׁקָרָא, quod Lucas v. 9. in archetypo suo habuerat, ab eo sumi potuit. Nam

9) cf. *Gesenii* librum supra laudatum, p. 782. 4.

10) cf. 1 Reg. XX, 37. Jerem. VII, 13.

in Hebraismo pariter atque dialectis adfinibus haud raro nomina duo substantiua in statu absoluto ita jungi solent, vt ἓν διὰ δυοῖν faciant, vbi modo prius, modo posterius locum adjectiui obtinet eiusdemque notionem exprimit, e. gr. צְדָקָה דָבָר *oraculum verum* Ies. XLV, 23. [11]).

Multum abest, vt interpretibus doctis judicando temere praeire vellem, utrum hanc illamue verba Lucae ad fontem, e quo emanata sunt, reuocandi rationem sequi liceat, an, hoc consilio prorsus abjecto, prior explicatio assensu probari debeat. Veruntamen non possum, quin vulgarem horum verborum interpretationem, totius quippe parabolae sensui aperte aduersantem, non amplius locum habere posse et e libris atque scholis exegeticis amandandam et ablegandam esse, ingenue profitear et declarem. Si fuerint, qui nouis curis huic loco medelam adhibere velint, videant illi atque prospiciant, vt viam rectam inueniant atque his meis conjecturis critico-exegeticis meliora ac veriora in lucem proferant.

Το ἀληθινον τις ὑμιν πιςευσει *veram religionis doctri-*

11) cf. *Storrii obseruationes ad anologiam et syntaxin ling. hebr. pertinentes*, p. 205.

nam quis vobis poterit committere, wer wird euch die wahre Religion (zur Verkündigung) anvertrauen können? Futura saepius ea designant, quae fieri possunt Prou. XX, 9. πιϛευειν h. l. *fidei alicuius quid concredere*, pariter ac aram. הֶאֱמִין Gen. XV, 6. Num. XX, 12. Onk. Ad τo αληθινον plerumque ab interpretibus αγαθον suppletur, ita vt vera bona, quae in Evangelio promissa sunt atque hominibus illud fide amplexis tribuuntur (τov πλȣτov τηs βασιλειαs τȣ Θεȣ, interprete *Euthymio Zigabeno*), Iesus Christus opposuerit τω μαμωνα *bonis terrestribus*, incertis, facile perituris, ideoque bonorum speciem tantummodo prae se ferentibus. Quae natura ac indole sua vtpote vera bona laudari possunt, bona sunt coelestia, θησαυρος ανεκλειπτος εν τοις ȣρανοις Luc. XII, 33. Nil est, quod contra hanc interpretationem moneam, praeter id vnum, ne quis εν τω αδικω et μαμωνα junctis, αδικον μαμωνα *opes fallaces ac caducas* significare dicat. Vox μαμωνας jam simpliciter posita designat opes terrestres, atque notionem vanitatis, inconstantiae et fragilitatis eidem h. l. inferre non opus est. Haud tamen diffiteor, me in hac interpretatione penitus acquiescere non posse, atque aliam, quae ab occasione et consilio parabolae propius abest, malim proponere explicationem, qua sumitur, τo αληθινον positum esse pro τηv αληθειαν.

Id sumi posse, inter omnes conuenit, qui norint, in libris Noui Testamenti graecis adjectiua generis neutrius saepenumero vicem substantivorum suorum sustinere, e. c. Col. IV, 1. Τὸ δίκαιον pro ἡ δικαιοσυνη. Quam ob rem Τὸ ἀληθινον h. l. prorsus idem est, quod alias audit ὁ λογος Της ἀληθειας II Cor. VI, 7. Eph. II, 13. Jac. I, 8. vel ὁ λογος Της ἀληθειας Τȣ ευαγγελιȣ Gal. II, 5. 14. vel ἡ ἀληθεια ἡ κατ' ευσεβειαν Tit. II, 1. *doctrina evangelii hominibus promulganda et palam facienda.* *Judas Iscariota* in administratione aerarii communis perfidum se gesserat, quo facto, Iesus omnibus suis discipulis hanc parabolam eum in finem enarrauit, vt iis inculcaret et persuaderet, nisi etiam in administrandis et procurandis rebus terrestribus fidem praestiterint, doctrinam de rebus diuinis vnice veram, videlicet euangelii doctrinam hominibus promulgandam illis committi non posse. Quae in versu proximo subsequuntur: Τὸ ὑμετερον Τις ὑμιν δωσει, eiusmodi sunt, per quae haec interpretatio maximopere commendetur ac comprobetur. Nam bona, quae sua natura atque indole vera bona dici possunt, scilicet bona animo humano affluentia et in coelis aeternum duratura, ad omnes homines pertinent; ope nimirum fidei et bene factorum percipienda; at vero promulgatio et praedicatio euan-

gelii (quod in versu proxime subsequente το ὑμέτερον est) ad solos pertinuit Iesu Christi duodecim discipulos (Matth. XXVIII, 29.).

V. 12. Και ει εν τω αλλοτριω πιστοι ουκ εγενεσθε *et si in administrandis alienis opibus fidem non probabatis.* Repetitur ab Iesu in hoc versu prorsus idem, adhibitis duabus specialioribus vocibus notionem rei exactius et pressius definientibus, αλλοτριον et ὑμέτερον. Est το αλλοτριον id, *quod alii peculiare vel proprium est.* Respondet αλλοτριος in hac significatione hebr. נָכְרִי et aram. נוּכְרִי. Prou. XX, 16. XXVII, 13. est נָכְרִיָּה [12]), in Targ. נוּכְרִיתָא, *alienum debitum*, et Prou. XXIII, 27. *vxor alieni hominis.* Simili modo nostro loco per το αλλοτριον describuntur res vel opes alienis hominibus propriae, atque Iesus in mente habuit pecunias aerario communi immissas, in quibus administrandis et dispensandis *Judas* fidem fefellerat. A quo delicto Iesus Christus occasionem cepit longius excurrendi et rem in vniuersum protendendi. Quamquam autem stimulo orationis suae potissimum Judae Iscariotae mentem pungere voluit; tamen non omisit hanc ipsi oblatam occasionem, reliquos etiam discipulos de rebus alienis bona fide administrandis monendi.

12) Ita etiam in loco posteriori cum Syro, Chaldaeo et Keri est legendum.

Το ὑμετερον τις ὑμιν δωσει quis vestra vobis poterit committere wer wird das Eurige euch überlassen können? Το ὑμετερον aram. דִילְכוֹן *quod vestrum, quod vobis proprium est.* Gen. XV, 13.: *scito, posteritatem tuam peregrinam fore* בְּאֶרֶץ לֹא לָהֶם Onk. בְּאַרְעָא דְלָא דִילְהוֹן LXX: *εν γῃ ȣκ ιδιᾳ.* Intelligitur *evangelii doctrina,* quae destinata erat, vt discipulis Iesu gentibus terrarum palam facienda demandaretur, quam ob causam illa vt peculium ipsorum considerari potuit. — *διδοναι* (hebr. נָתַן, aram. יְהַב) pro *παραδιδοναι tradere, committere,* id quod *επιτρεπειν* vel *πιστευειν τι τινι.* Plane congruit etiam vsus loquendi apud Hebraeos et Aramaeos: Deut. VIII, 18: הוּא הַנֹּתֵן לְךָ כֹּחַ לַעֲשׂוֹת חָיִל Onk. הוּא יָהֵיב לָךְ חֵילָא לְמִקְנֵי נִכְסִין LXX: *αὐτος σοι διδωσιν ἰσχυν, τȣ ποιησαι δυναμιν.*

V. 13. *Ουδεις οικετης δυναται δυσι κυριοις δȣλευειν nullus seruus duobus dominis potest seruire.* Οικετης seruus ex genere eorum, qui ab Hebraeis בְּנֵי בַיִת, ab Aramaeis אֱנָשֵׁי בֵיִת nominabantur, cf. Cohel. II, 7. text. hebr et Targ., quo in loco Versio septuagintaviralis בְּנֵי בַיִת pressius per *οικογονεις* reddidit. Nam id discriminis inter *οικετας* et reliquos *δȣλȣς* intercessit, vt illi fuerint *δȣλοι οικογονεις,* iidem a Romanis *vernae* dicti. Versio syro-philoxeniana ex more suo interpretandi admodum seruili *οικετης* per ܒܪ ܒܝܬܐ reddi-

dit. Caeterum id: ουδεις οικετης κ. τ. λ. tum temporis fuisse adagium communi vsu tritum, inde patet, quod Iesus iisdem verbis et alia occasione et alio sensu vsus est (Matth. VI, 24.): Innuuntur duo domini studio ac consilio diuersissimi et in alia omnia abeuntes (εναντια επιταττοντες, ex interpretatione *Euthymii Zigab.* ad Matth. VI, 24), altero haec, altero illa eisdem prorsus contraria officia a seruo postulante.

η γαρ τον ενα μισησει και τον ετερον αγαπησει nam vel alterum odio persequetur et alterum amore amplectetur. Omnes fere interpretes verba μισειν et αγαπαν leniori significatione: *posthabere* et *praeferre* (Ioh. XII, 25. Luc. XIV, 26. Rom. IX, 13. Gen. XXIX, 31. LXX.) accipiunt; sed, quod *S. V. Kuinoel* ad Matth. VI, 24. bene obseruauit, non opus est, vt a propria vtriusque verbi significatione recedamus. Accedit, quod, retenta illa, vis ac potestas sententiae prouerbialis adaugetur.

η ενος ανθεξεται και του ετερου καταφρονησει vel alteri deditus erit et alterum despiciet. Αντεχεσθαι τινος *curam alicuius rei habere, studiosum esse alicuius rei, se adplicare ad aliquid, tenere aliquid, sich an etwas halten.* Respondet verbo aramaico אַתְחֵיק בְּ, Prou. III, 8. *Sapientia est* עֵץ חַיִּים לַמַּחֲזִיקִים בָּהּ Targ. אִילָנָא דְחַיֵּי לְאִלֵּין

דְמִתְחַזְקִין בָהּ LXX: *ξυλον ζωης εςι πασι τοις αντεχομενοις αυτης arbor vitae eis, qui ad illam se adplicant.* Cf. etiam Dan. X, 26. Prou. IV, 13. Job. II, 3. 9. XXVII, 6. — Καταφρονειν *despicere, spernere,* aram. שׁוּט 1 Sam. XVII, 42. Prou. XIX, 16. Targ., quo verbo et in nostro loco interpres syrus vetus vsus est. Seruus, si dominum spernit atque odio habet, in exsequendis eius jussis negligens erit; seruus vero, qui domino deditus est atque amore illum prosequitur, in perficiendis eius mandatis diligens erit.

ου δυνασθε Θεω δουλευειν και μαμωνα *non potestis Deo seruire et mamonae.* Quibus verbis coronidis loco adjunctis Iesus omnem sententiam, quam animis discipulorum per hanc parabolam inculcare studuit, explicuit et declarauit. Formula δουλευειν Θεω in sensu strictiori de *propaganda euangelii doctrina diuinitus patefacta* accipienda est; prorsus idem est, quod Paulus Apostolus δουλευειν εις το ευαγγελιον et λειτουργιαν της πιςεως nominat (Philipp. II, 22 17.). Nam primaria eaque vniuersalis significatio huius formulae: *Deum colere,* ab huius loci argumento et consilio penitus aliena est. Illustranda illa est ex Aramaeismo, in quo פְּלַח לֶאֱלָהָא de sacerdotibus et leuitis in templo ministrantibus adhibetur (Esdr. VII, 24.) Plane idem est ac שַׁמֵּשׁ קֳדָם יְיָ, id quod congruit cum hebr.:

שָׁרֵת אֶת יְיָ Num. XVIII, 2. 1 Sam. II, 11. III, 1. Ezech. XLIV, 11. XLV, 5. Num. III, 31. IV, 12. Interpretes alexandrini plurimum quidem huicce formulae substituunt λειτεργειν, vertunt illi tamen שָׁרֵת etiam per δελευειν Jes. LVI, 6. Quae cum ita fuerint, haud mirari subit, etiam in Noui Testamenti libris formulam δελευειν Τω Θεω strictiori sensu de ministerio a doctoribus nouae religionis exhibendo, de *praeconio euangelii* vsurpari. Quam ob causam Apostoli etiam et Euangelistae se δελες Θεε nominare adamarunt.

In formula δελευειν μαμωνα omnino est prosopopoeia; sed abs re plane esse arbitror, si nonnulli interpretes Τον μαμωνα tanquam Deum, qui instar Πλετε Graecorum et Romanorum divitiis praeesset, sisti putent. Nam id ab ingenio Judaeorum notiones suas ad Monotheismum strenue effingentium penitus abhorret. Est autem formula δελευειν Τω μαμωνα proprie *opibus terrestribus colligendis operam dare*, et in hac significatione vniuersali Iesus illam Matth. VI, 24. vsurpauit. Huius vero parabolae, cui hoc adagium iterum ab Iesu subjunctum est, argumentum ac consilium docet, hoc loco Τον μαμωνα esse *opes male partas* (μαμωνα Της αδικιας). Ideo sententia, quam Iesus hac occasione hisce verbis vulgari vsu tritis subjecit, haec

est: *non potestis munere praeconii Euangelii perfungi et simul opibus male parandis vacare.*

Jam, interpretatione parabolae ad finem perducta, subjungam illam in vernaculam Iesu Christi a me refictam:

1. אֱנָשׁ חַד אִיתַי עַתִּיר
דִילֵהּ רַב דְבֵית וְאִתְכֵל
קַרְצוֹהִי קֳדָמוֹהִי אֲרֵי

2. יְבַדַר קִנְיָנוֹהִי : וְקָרֵי לֵהּ
אֲמַר לֵהּ מָא דָא אֲנָא
שָׁמַע עֲלָךְ הַב יַת טְעֵם
דְרַבַּת בַּיְתוּתָךְ אֲרֵי לָא
אַשְׁכַּח לְמֶהֱוֵי אַנְתְּ אַדְבַּי

3. רַב דְבֵית : וַאֲמַר רַב דְבֵית
בִלְבָבֵיהּ מָא עֲבֵד אֲנָא
אֲרֵי מָרִי יַעְדֵי רַבַּת
בַּיְתוּתָא מִנִי לְמֶחְפַּר לָא
יְכֵלֵת וְמִשְׁאַל אֶבְהַת :

4. יָדַע אֲנָא מָא אֶעֱבַד כְּדֵי
מִתַעֲדְיָא אֲנָא מִן רַבַּת
דְבַיְתוּתָא לִיקַבְּלוּנִי

5. בְבֵיתֵיהוֹן : וְקָרֵא לְכָל,

חד מן חיביא דמריה
דיליה ואמר לקדמאה
כמא חיב אנת למרי
ודא אמר מאה בתין

6. דמשח זיתא : ואמר
ליה סב ית שטרך וכתב
במריע כתב חמשין :

7. באדין לאוחרנא אמר
ואנת כמא חיבת ודא
אמר מאה כורין דחנטיא
ואמר ליה סב שטרך וכתב

8. תמנן : ושבח מריא
לרב ביתא דשקר די
בערמות עבד מטול די
בני עלמא הדין ערימין
מן בני אורתא בשרבא :

9. דילהון (*: ואנא אמר
אנא לכון עבידי כדן
לכון רחמין ממונא
דשקר בדיל כדי תחסרון
דיקבלונכון במשכני

*) Siue בררא דילהון

10. דְעַלְמָא׃ מַן דִי מְהֵימַן
הוּא בִזְעֵירָא אוּף בְרַבָּא
מְהֵימַן הוּא וְמַן דִי
בִזְעֵירָא מְשַׁקַּר הוּא
אוּף בְרַבָּא מְשַׁקַּר הוּא׃

11. דִי הֵן בְשַׁקַּר בְמָמוֹנָא
לֵיתֵיכוֹן מְהֵימְנִין (*
הֵימָנוּתָא (** מַן דִי

12. יְהֵימִין לְכוֹן׃ וְדִי הֵן
בְנוּכְרֵיתָא לֵיתֵיכוֹן מְהֵימְנִין
מָא דִילְכוֹן מַן דִי יֵיהֵב

13. לְכוֹן׃ לָא אִיתַי אֱנָשׁ
דְבֵית דִי יְכִיל לְמִפְלַח
לְמָרִין תְּרֵין אֲרֵי הֵן
לְחָדָא יִסְטֵן הֵן לְחָדָא
יִרְחַם הֵן בְחַדָא יִתְחַיֵּק
הֵן חֲדָא יְטוּשׁ לָא
יְכִלְתּוּן לְמִפְלַח לֶאֱלָהָא
וְלַמָּמוֹנָא׃

Superest, vt *Vos, Ciues Academiae nostrae Ornatissimi*, admoneam ad dies memoriae Iesu Christi redi-

*) siue דִי הֵן בְשַׁקְרָא בְמָמוֹנָא שַׁקַּרְתּוּן.
**) siue קוּשְׁטָא.

uiui sacros, qui cras in orbem anniuersarium redeunt, pie celebrandos. Amore erga Deum Optimum Maximum et Sospitatorem nostrum Iesum Christum in *Vobis* recens excitato, reuerentia erga leges diuinas et ciuiles *Vestris* mentibus denuo informata atque honesti studio in *Vobis* indies magis magisque incenso, id agetis, quod *Vestro* honori salutique praesidio futurum erit nunquam perituro.

P. P. x. mens. April. MDCCCXIX.

(L. S.)